



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

reus doli à Posteris Ludovici? *Resolu-*
tionem pete ex num: 2.

I.

Citatione legitimè factâ, & reo contu-
maciter absente, is contumaciam in-
currit; quæ aliud non est, quàm erga Ju-
dicem commissa inobedientia: per Host:
in sum: h. t. L. contumacia 13. ff. de re jud: va-
riè coërceri solita, nunc litis damno. cit. L.
contumacia. nunc mulcta à Judice inflictâ,
L. 2. ff. si quis in jus voc: modò condemnatio-
ne in expensas. cap: cum dilecti h. t. vel aliter
secundum Judicis arbitrium si solvendo
non sit. cap: sinem litibus. h. t. interdum rei
sequestratione. cap: ex literis h. t. subinde
excommunicatione. cap. tuae fraternitatis.
sup. ut lite non cont: Trid: sess: 24. cap. 3. de re-
for: Aliquando missione in bonorum pos-
sessionem, iis scilicet casibus in quibus lo-
cum habere potest, Hen: Can: lib. 4. tit. 4.
2. Dolus malus est calliditas, fallacia,
& machinatio ad circumveniendum, fal-
lendum & decipiendum alium adhibita.
L. 1. §. 1. ff. de dolo. Bonum dolum pro so-
lertia veteres accipiebant. cit. L. 1. §. non fuit
autem. fit dupliciter ut plurimum aut ex

proposito. & tunc vel dat causam contra-
 ctui, vel incidit in contractum: aut fit rei-
 psâ. DD. L. *si quis eum aliter.* ff. de verb: oblig.
 Remedia adversus dolum varia produ-
 tur: videlicet nullitas actus, actio de do-
 lo, exceptio doli: Quando dolus dat cau-
 sam contractui bonæ fidei: ut sunt con-
 tractus emptionis, locationis, depositi,
 comodatî &c. hoc est, quia deceptus non
 erat aliàs contracturus, nisi dolo secus
 contrahentis fuisset inductus ad contra-
 hendum, ipso jure nullus est: quod si tra-
 ditio intervenerit, tunc traditionis effe-
 ctus rescinditur per actionem de dolo.
 & elegant: & ibi: Gl. in ver: ne inter maiores
 de dolo. Si verò causam det contractui
 acti juris (ut sunt in quibus Judex ad verb
 contractus adstringitur, nec alter alteri
 plus obligatur, quàm intra contrahent
 actum est, quales sunt stipulationes, con-
 tractus emphyteutici, feudales) tenet con-
 tractus, sed decepto datur exceptio doli
 & actio de dolo cit. L. & eleganter. §. ser-
 rus. nisi dolus intervenerit in spiritualib
 qui non annullat actum, neque de eo po-
 test excipi aut agi, unde ingressus in reli-
 gio

gionem per dolum tenet. *cap: dudum. de
 convers: Conjug: Matrimonium contractū
 per dolum tenet. Gl. pen: in fin: in L. à Divo
 Pio ff. de interrupt: Panor. in cap. cū dilecti.
 n. 7. de empt. & vend.* quia non fit conditio
 eius, qui dolum passus est, deterior. Dolus
 incidens in contractu bonæ fidei, purga-
 tur actione ex eo contractu etiam si sit læ-
 sio in minore summâ quàm dimidia justi
 pretii. *L. Iulian: §. si venditor ff. de act. & empt.
 Bald: in L. 4. C. de rescind: vend:* Si incidat
 in contractu stricti juris, tunc actio de do-
 lo est necessaria: *cit. L. eleganter. §. non solum.
 & §. severus.* Ratio diversitatis est: quia in
 contractib' bonæ fidei alter alteri obliga-
 tur in id, quod alterum alteri ex bono &
 æquo præstare oportet: in contractibus
 stricti juris necesse est, quod omnia dedu-
 catur in stipulationem, & aliàs nihil venit
 DD. *Instit: de oblig: ex consensu.* Dicitur au-
 tem dolus in contractum incidere, quādo
 deceptus fuisset quidem alias contractu-
 rus, sed dolo alterius decipitur ut minori
 pretio contrahat. *Gl. in cit: L. Iulianus. §. si
 venditor in verb. venderet & ibid. DD.*

3. Quando quis decipitur in contractu

F 4

re ipsâ